Seguite, dunque, questa regola di vita sana e salubre: concedete al corpo solo quanto basta a mantenerlo in salute. Si deve trattarlo alquanto duramente perché non obbedisca di mala voglia all'animo: il cibo deve placare la fame, il bere la sete, i vestiti devono proteggere dal freddo, la casa deve difendere dalle intemperie. Non importa se è stata costruita con zolle o con marmo variegato di importazione: sappiate che un tetto di foglie copre bene l'uomo quanto un tetto d'oro. Disprezzate tutti gli ornamenti e i fregi ottenuti grazie ad inutili fatiche; pensate che nulla è meraviglioso tranne l'anima, e per l'anima, quando è grande, nulla appare

[6] Si haec mecum, si haec cum posteris loquor, non videor tibi plus prodesse quam cum ad vadimonium advocatus descenderem aut tabulis testamenti anulum imprimerem aut in senatu candidato vocem et manum commodarem? Mihi crede, qui nihil agere videntur maiora agunt: humana divinaque simul tractant.

[7] Sed iam finis faciendus est et aliquid, ut institui, pro hac epistula dependendum. Id non de meo fiet: adhuc Epicurum compilamus, cuius hanc vocem hodierno die legi: 'philosophiae servias oportet, ut tibi contingat vera libertas'. Non differtur in diem qui se illi subiecit et tradidit: statim circumagitur; hoc enim ipsum philosophiae servire libertas est.

[8] Potest fieri ut me interrogas quare ab Epicuro tam multa bene dicta referam potius quam nostrorum: quid est tamen quare tu istas Epicuri voces putes esse, non publicas? Quam multi poetae dicunt quae philosophis aut dicta sunt aut dicenda! Non attingam tragicos nec togatas nostras - habent enim hae quoque aliquid severitatis et sunt inter comoedias ac tragoedias mediae -: quantum disertissimorum versuum inter mimos iacet! quam multa Publilii non excalceatis sed coturnatis dicenda sunt!

[9] Unum versum eius, qui ad philosophiam pertinet et ad hanc partem quae modo fuit in manibus, referam, quo negat fortuita in nostro habenda:
alienum est omne quidquid optando evenit.

[10] Hunc sensum a te dici non paulo melius et adstrictius memini:
non est tuum fortuna quod fecit tuum.
Illud etiam nunc melius dictum a te non praeteribo:
dari bonum quod potuit auferri potest.
Hoc non imputo in solutum: de tuo tibi. Vale.

grande».

Se parlo di ciò con me stesso, se ne parlo con i posteri, non ti sembra che io mi renda più utile che se mi presentassi come difensore in giudizio o imprimevo il sigillo alle tavole del testamento o sostenessi con il gesto e con la voce un candidato senatoriale? Credimi, fanno di più quelli che sembrano che non fare niente: si occupano nello stesso tempo delle faccende umane e di quelle divine.

Ma ormai è tempo di concludere e, come stabilito, devo pagare il mio tributo per questa lettera. Non è farina del mio sacco: ancora una volta cito Epicuro, del quale oggi ho letto queste parole: «Devi servire la filosofia, se vuoi essere veramente libero.» Chi si è sottomesso e si è affidato ad essa, non deve aspettare: viene affrancato subito; infatti, questo stesso servire la filosofia è libertà.

Può darsi che tu mi chiedi perché riporti tante belle frasi di Epicuro, piuttosto che quelle dei nostri Stoici: ma che ragione hai di pensare che queste massime siano solo di Epicuro e non patrimonio di tutti? Quanti poeti dicono cose che sono già state dette o che potrebbero essere dette dai filosofi! Non parlerò dei tragici né delle nostre commedie togate (infatti anche questa hanno una certa gravità, e sono una via di mezzo fra tragedia e commedia): quanti versi eloquentissimi ci sono nei mimi! Quante frasi di Publilio Siro dovrebbero essere recitate non da attori scalzì, ma da attori coturnati!

Citerò un solo suo verso che riguarda la filosofia e l'argomento appena discusso, un verso nel quale sostiene che i beni della fortuna non devono essere considerati nostri:

Non ci appartiene quanto accade secondo i nostri desideri.

Ricordo che anche tu hai espresso lo stesso concetto assai meglio e con maggiore concisione:

Non è tuo ciò che la fortuna ha fatto tuo.

Ma voglio citare quest'altra tua massima ancora migliore:

Un bene che può essere dato, può anche essere tolto.

Questo non lo computo come pagamento: ti restituisco un bene già tuo. Stammi bene.

IX. SENECA LUCILIO SUO SALUTEM

[1] An merito reprehendat in quadam epistula Epicurus eos qui dicunt sapientem se ipso esse contentum et propter hoc amico non indigere, desideras scire. Hoc obicitur Stilboni ab Epicuro et iis quibus summum bonum visum est animus in patiens.

[2] In ambiguitatem incidendum est, si exprimere «ἀπάθεια» [apátheia] uno verbo cito voluerimus et impatientiam dicere; poterit enim contrarium ei quod significare volumus intellegi. Nos eum volumus dicere qui respuat omnis mali sensum: accipietur is qui nullum ferre possit malum. Vide ergo num satius sit aut invulnerabilem animum dicere aut animum extra omnem patientiam positum.

[3] Hoc inter nos et illos interest: noster sapiens vincit quidem incommodum omne sed sentit, illorum ne sentit quidem. Illud nobis et illis commune est, sapientem se ipso esse contentum. Sed tamen et amicum habere vult et vicinum et contubernalem, quamvis sibi ipse sufficiat.

[4] Vide quam sit se contentus: aliquando sui parte contentus est. Si illi manum aut morbus aut hostis exciderit, si quis oculum vel oculos casus excusserit, reliquiae illi suae satisfacient et erit imminuto corpore et amputato tam laetus quam [in] integro fuit; sed <si> quae sibi desunt non desiderat, non deesse mavult.

[5] Ita sapiens se contentus est, non ut velit esse sine amico sed ut possit; et hoc quod dico 'possit' tale est: amissum aequo animo fert. Sine amico quidem numquam erit: in sua potestate habet quam cito reparat. Quomodo si perdiderit Phidias statuam protinus alteram faciet, sic hic faciendarum amicitiarum artifex substituet alium in locum amissi.

[6] Quaeris quomodo amicum cito facturus sit? Dicam, si illud mihi tecum convenerit, ut statim tibi solvam quod debeo et quantum ad hanc epistulam paria faciamus. Hecaton ait, 'ego tibi monstrabo amatorium sine medicamento, sine herba, sine ullius veneficae carmine: si vis

Tu vuoi sapere se Epicuro ha ragione a criticare in una sua lettera quanti dicono che il saggio basta a se stesso e che perciò non ha bisogno di amici. È una critica che Epicuro rivolge a Stilbone e a chi è convinto che il sommo bene sia l'impatientia.

È inevitabile cadere nell'equivoco se si vuole sbrigativamente tradurre ἀπάθεια [apátheia] con una sola parola e lo rendiamo con impatientia; c'è il rischio, infatti, che si intenda il contrario di quello che vogliamo dire. Noi vogliamo riferirci all'uomo che rifiuta la sensazione di qualsiasi male: invece, può darsi che lo si interpreti come chi non può sopportare alcun male. Vedi, dunque, se non sia preferibile parlare o di un animo invulnerabile o di un animo al di là di ogni passione.

È questa la differenza tra noi e loro: il nostro saggio vince ogni avversità, ma l'avverte; il loro neppure l'avverte. In comune abbiamo l'opinione che il saggio basti a se stesso; e tuttavia, egli vuole avere un amico, un vicino, un compagno.

E guarda fino a che punto basta a se stesso: certe volte gli basta anche una sola parte di sé. Se una malattia o un nemico lo hanno privato di una mano, se per un infortunio ha perso uno o tutt'e due gli occhi, quanto gli rimane gli basterà, e sarà soddisfatto del suo corpo mutilo e sconciato non meno di quando era integro; ma se non rimpiange ciò che gli è venuto a mancare, questo non significa che preferisca la menomazione.

Così il saggio basta a se stesso non nel senso che vuole essere senza amici, ma nel senso che può stare senza amici; e questo "può" significa che, se perde un amico, sopporta con serenità. Ma non sarà mai senza amici: può farsene altri in breve tempo. Come Fidias, che se avesse persa una statua ne avrebbe fatta subito un'altra, così questo artefice di amicizie, perduto un amico, lo sostituirà con un altro.

Mi chiedi come si possa stringere presto un'amicizia? Te lo dirò se sarai d'accordo che io ti paghi subito il mio debito e, per ciò che riguarda questa lettera, chiudiamo il conto. Dice Ecatone: «Ti indicherò un filtro amoroso, senza pozioni, senza erbe, senza formule

amari, ama'. Habet autem non tantum usus amicitiae veteris et certae magnam voluptatem sed etiam initium et comparatio novae.

[7] Quod interest inter metentem agricolam et serentem, hoc inter eum qui amicum paravit et qui parat. Attalus philosophus dicere solebat iucundius esse amicum facere quam habere, 'quomodo artificii iucundius pingere est quam pinxisse'. Illa in opere suo occupata sollicitudo ingens oblectamentum habet in ipsa occupatione: non aequae delectatur qui ab opere perfecto removet manum. Iam fructu artis suae fruitur: ipsa fruebatur arte cum pingeret. Fructuosior est adulescentia liberorum, sed infantia dulcior.

[8] Nunc ad propositum revertamur. Sapiens etiam si contentus est se, tamen habere amicum vult, si nihil aliud, ut exerceat amicitiam, ne tam magna virtus iaceat, non ad hoc quod dicebat Epicurus in hac ipsa epistula, 'ut habeat qui sibi aegro assideat, succurrat in vincula coniecto vel inopi', sed ut habeat aliquem cui ipse aegro assideat, quem ipse circumventum hostili custodia liberet. Qui se spectat et propter hoc ad amicitiam venit male cogitat. Quemadmodum coepit, sic desinet: paravit amicum adversum vincla laturum opem; cum primum crepuerit catena, discedet.

[9] Hae sunt amicitiae quas temporarias populus appellat; qui utilitatis causa assumptus est tamdiu placebit quamdiu utilis fuerit. Hac re florentes amicorum turba circumsedet, circa eversos solitudo est, et inde amici fugiunt ubi probantur; hac re ista tot nefaria exempla sunt aliorum metu relinquentium, aliorum metu prodentium. Necesse est initia inter se et exitus congruant: qui amicus esse coepit quia expedit <et desinet quia expedit>; placebit aliquod pretium contra amicitiam, si ullum in illa placet praeter ipsam.

[10] 'In quid amicum paras?' Ut habeam pro quo mori possim, ut habeam quem in exilium sequar, cuius me morti et opponam et impendam: ista quam tu describis negotiatio est,

magiche: se vuoi essere amato, ama.» Non si ricava grande piacere solo dalle amicizie sicure e di vecchia data, ma anche dal cominciarne e dal procurarsene di nuove.

Tra chi ha un amico e chi lo cerca c'è la stessa differenza che c'è tra il contadino che miete e quello che semina. Il filosofo Attalo era solito dire che farsi un amico dà più gioia che averlo, «come al pittore dà più gioia il dipingere che l'opera finita.» Il dedicarsi con zelo ad un lavoro dà di per sé un grande piacere: non ne prova, invece, uno uguale chi, terminata l'opera, smette di lavorare. Gode ormai del frutto della sua arte: dipingendo, invece, godeva dell'arte in sé. I figli adolescenti danno più frutti, ma da piccoli ci danno una più dolce felicità.

Ritorniamo ora al nostro argomento. Anche se il saggio trova in se stesso il proprio appagamento, vuole, però, avere un amico, se non altro per esercitare l'amicizia, e perché una virtù così nobile non languisca; non lo fa per il motivo dichiarato da Epicuro nella medesima lettera, e cioè «per avere chi lo assista se ammalato, chi lo soccorra in carcere o in miseria», ma per avere egli stesso qualcuno da assistere se è malato, o da liberare se è prigioniero dei nemici. Se uno si preoccupa solo di sé e fa amicizia per questo, sbaglia. L'amicizia finirà, come è cominciata: si è procurato un amico perché lo aiutasse nella prigionia; non appena ci sarà rumore di catene, costui sparirà.

Queste sono le cosiddette amicizie opportunistiche: un'amicizia fatta per interesse sarà gradita solo finché sarà utile. Per questo una folla di amici circonda chi ha successo, mentre chi cade in disgrazia rimane solo: gli amici fuggono al momento della prova; per questo ci sono tanti esempi infami di persone che abbandonano l'amico per paura, e di altre che per paura lo tradiscono. È inevitabile che l'inizio e la conclusione concordino: chi è diventato amico per convenienza, per convenienza finirà di esserlo. Se nell'amicizia si ricerca un qualche guadagno, per ottenerlo si andrà contro l'amicizia stessa.

«Perché, dunque, ti fai un amico?» Per avere qualcuno per cui dare la vita, qualcuno da seguire in esilio, qualcuno da strappare alla morte anche a costo della mia stessa vita:

non amicitia, quae ad commodum accedit, quae quid consecutura sit spectat.

[11] Non dubie habet aliquid simile amicitiae affectus amantium; possis dicere illam esse insanam amicitiam. Numquid ergo quisquam amat lucri causa? numquid ambitionis aut gloriae? Ipse per se amor, omnium aliarum rerum neglegens, animos in cupiditatem formae non sine spe mutuae caritatis accendit. Quid ergo? ex honestiore causa coit turpis affectus?

[12] 'Non agitur' inquis 'nunc de hoc, an amicitia propter se ipsam appetenda sit.' Immo vero nihil magis probandum est; nam si propter se ipsam expetenda est, potest ad illam accedere qui se ipso contentus est. 'Quomodo ergo ad illam accedit?' Quomodo ad rem pulcherrimam, non lucro captus nec varietate fortunae perterritus; detrahit amicitiae maiestatem suam qui illam parat ad bonos casus.

[13] 'Se contentus est sapiens.' Hoc, mi Lucili, plerique perperam interpretantur: sapientem undique submovent et intra cutem suam cogunt. Distinguendum autem est quid et quatenus vox ista promittat: se contentus est sapiens ad beate vivendum, non ad vivendum; ad hoc enim multis illi rebus opus est, ad illud tantum animo sano et erecto et despiciente fortunam.

[14] Volo tibi Chrysippi quoque distinctionem indicare. Ait sapientem nulla re egere, et tamen multis illi rebus opus esse: 'contra stulto nulla re opus est - nulla enim re uti scit - sed omnibus eget'. Sapienti et manibus et oculis et multis ad cotidianum usum necessariis opus est, eget nulla re; egere enim necessitatis est, nihil necesse sapienti est.

[15] Ergo quamvis se ipso contentus sit, amicis illi opus est; hos cupit habere quam plurimos, non ut beate vivat; vivet enim etiam sine amicis beate. Summum bonum extrinsecus instrumenta non quaerit; domi colitur, ex se totum est; incipit fortunae esse subiectum si quam partem sui foris quaerit.

[16] 'Qualis tamen futura est vita sapientis, si sine amicis relinquatur in custodiam coniectus

quella che tu descrivi non è amicizia, ma traffico, che mira ad un profitto e guarda ai possibili vantaggi.

Senza dubbio l'amore somiglia un po' all'amicizia; lo si potrebbe definire un'amicizia folle. C'è forse qualcuno che ama per denaro, per ambizione o per desiderio di gloria? L'amore di per sé trascura tutto il resto e accende negli animi un desiderio di bellezza e certamente la speranza di essere ricambiato. Ma come? Da una più nobile causa può nascere un sentimento ignobile?

«Ma ora,» dici, «non stiamo discutendo se l'amicizia si debba ricercare per se stessa.» Anzi, è questa la prima cosa da dimostrare, poiché, in tal caso, vi si può accostare solo chi basta a se stesso. «E come, dunque, ci si accosta ad essa?» Come a un sentimento bellissimo, non per lucro, né per timore dell'instabilità della sorte: chi stringe amicizia per opportunismo la priva della sua grandezza.

«Il saggio basta a se stesso». I più, Lucilio caro, interpretano male queste parole: allontanano il saggio da tutto e lo rinchiudono dentro il suo guscio. Bisogna allora chiarire il significato e i limiti di questa frase: il saggio basta a se stesso per vivere felice, non per vivere; per fare questo, infatti, gli occorrono molti elementi, mentre per essere felice ha solo bisogno di un animo onesto, fiero ed incurante della sorte.

Voglio ora indicarti anche la distinzione fatta da Crisippo. Egli dice che il saggio non sente la mancanza di niente e, tuttavia, ha bisogno di molte cose: «Lo stolto, al contrario, non ha bisogno di niente, perché non sa servirsi di niente, ma sente la mancanza di tutto.» Il saggio ha bisogno delle mani, degli occhi e di molte altre cose indispensabili alle attività di ogni giorno, ma di nessuna sente la mancanza; infatti, si sente la mancanza di ciò che è indispensabile, e nulla è indispensabile al saggio.

Quindi, per quanto basti a se stesso, ha bisogno di amici e desidera averne il più possibile, ma non per vivere felice, perché è felice anche senza amici. Il sommo bene, per realizzarsi, non cerca mezzi esterni; è un bene interiore e nasce tutto da se stesso; diventa schiavo della sorte se cerca all'esterno una parte di sé.

«Quale sarà la vita del saggio se, gettato in prigione o relegato in terra straniera o costretto

vel in aliqua gente aliena destitutus vel in navigatione longa retentus aut in desertum litus eiectus?' Qualis est Iovis, cum resolutus mundo et dis in unum confusis paulisper cessante natura acquiescit sibi cogitationibus suis traditus. Tale quiddam sapiens facit: in se reconditur, secum est.

[17] Quamdiu quidem illi licet suo arbitrio res suas ordinare, se contentus est et ducit uxorem; se contentus <est> et liberos tollit; se contentus est et tamen non viveret si foret sine homine victurus. Ad amicitiam fert illum nulla utilitas sua, sed naturalis irritatio; nam ut aliarum nobis rerum innata dulcedo est, sic amicitiae. Quomodo solitudinis odium est et appetitio societatis, quomodo hominem homini natura conciliat, sic inest huic quoque rei stimulus qui nos amicitiarum appetentes faciat.

[18] Nihilominus cum sit amicorum amantissimus, cum illos sibi comparet, saepe praeferat, omne intra se bonum terminabit et dicet quod Stilbon ille dixit, Stilbon quem Epicuri epistula insequitur. Hic enim capta patria, amissis liberis, amissa uxore, cum ex incendio publico solus et tamen beatus exiret, interroganti Demetrio, cui cognomen ab exitio urbium Poliorcetes fuit, num quid perdidisset, 'omnia' inquit 'bona mea mecum sunt'.

[19] Ecce vir fortis ac strenuus! ipsam hostis sui victoriam vicit. 'Nihil' inquit 'perdidi': dubitare illum coegit an vicisset. 'Omnia mea mecum sunt': iustitia, virtus, prudentia, hoc ipsum, nihil bonum putare quod eripi possit. Miramur animalia quaedam quae per medios ignes sine noxa corporum transeunt: quanto hic mirabilior vir qui per ferrum et ruinas et ignes inlaesus et indemnis evasit! Vides quanto facilius sit totam gentem quam unum virum vincere? Haec vox illi communis est cum Stoico: aequae et hic intacta bona per concrematas urbes fert; se enim ipse contentus est; hoc felicitatem suam fine designat.

a una lunga navigazione o sbattuto su una spiaggia deserta, rimane senza amici?» Sarà simile a quella di Giove, quando dissoltosi il mondo nei suoi elementi, fusi insieme gli dèi in un tutt'uno e cessando per qualche tempo l'attività naturale delle cose, si riposerà chiuso in sé abbandonandosi ai suoi pensieri. Il saggio fa qualcosa di simile: si ritira in sé, sta con se stesso.

Ma finché gli è possibile ordinare le sue faccende a suo piacere, basta a se stesso e prende moglie; basta a se stesso e genera figli; basta a se stesso e, tuttavia, non potrebbe vivere senza nessuno. All'amicizia non lo porta nessun interesse personale, ma una naturale inclinazione; poiché, come è innato in noi il piacere di altri sentimenti, anche nell'amicizia c'è un'innata attrattiva. Come c'è avversione per la solitudine e propensione per la vita di associazione, come la natura fa simpatizzare l'uomo con l'uomo, così anche in questo sentimento c'è uno stimolo in noi che ci spinge a desiderare e ricercare le amicizie.

E tuttavia, pur amando molto gli amici, che mette sul suo stesso piano, o che spesso addirittura antepone a se stesso, il saggio delimiterà in sé ogni suo bene e ripeterà le parole di quel famoso Stilbone, quello stesso che Epicuro critica nella sua lettera. Costui, dopo la caduta della sua città, in cui aveva perso moglie e figli, uscendo solo, e tuttavia sereno, dall'incendio generale, a Demetrio, che ebbe poi il soprannome di Poliorcete per le città da lui distrutte, che gli domandava se avesse perso qualcosa, rispose: «Tutti i miei beni li ho con me.»

Ecco un uomo forte e valoroso! Egli vinse il nemico vincitore. «Non ho perso nulla», disse: e costrinse il nemico a dubitare della propria vittoria. «Tutti i miei beni li ho con me»: senso di giustizia, virtù, saggezza e soprattutto la certezza che non è un bene ciò che può essere tolto. Noi ammiriamo certi animali che attraversano il fuoco senza farsi male; ma quanto è più ammirevole quest'uomo che uscì illeso e indenne dalle armi, dalle rovine, dalle fiamme! Vedi quanto è più facile vincere tutto un popolo che un solo uomo? Stilbone ha in comune questa convinzione con il filosofo stoico: anch'egli porta i suoi beni intatti attraverso la città in fiamme; poiché egli basta

[20] Ne existimes nos solos generosa verba iactare, et ipse Stilbonis obiurgator Epicurus similem illi vocem emisit, quam tu boni consule, etiam si hunc diem iam expunxi. 'Si cui' inquit 'sua non videntur amplissima, licet totius mundi dominus sit, tamen miser est.' Vel si hoc modo tibi melius enuntiari videtur - id enim agendum est ut non verbis serviamus sed sensibus -, 'miser est qui se non beatissimum iudicat, licet imperet mundo'.

[21] Ut scias autem hos sensus esse communes, natura scilicet dictante, apud poetam comicum invenies:

non est beatus, esse se qui non putat.

Quid enim refert qualis status tuus sit, si tibi videtur malus '.

[22] 'Quid ergo?' inquit 'si beatum se dixerit ille turpiter dives et ille multorum dominus sed plurium servus, beatus sua sententia fiet?' Non quid dicat sed quid sentiat refert, nec quid uno die sentiat, sed quid assidue. Non est autem quod verearis ne ad indignum res tanta perveniat: nisi sapienti sua non placent; omnis stultitia laborat fastidio sui. Vale.

a se stesso, delimita entro questi confini la sua felicità.

Non pensare che solo noi pronunciamo nobili parole; lo stesso Epicuro, che censura Stilbone, proferì una frase simile, e tu prendila per buona, anche se per oggi ho già chiuso il conto: «Se pure è padrone del mondo intero, l'uomo che non giudica ingentissimi i propri beni è un infelice.» Oppure, se in questo modo ti sembra espresso meglio (bisogna, infatti, badare al senso più che alle parole): «Chi non si ritiene felicissimo, anche se è padrone del mondo, è infelice».

Perché tu sappia poi che questo è un concetto comune, appunto perché dettato dalla natura, leggerai nei versi di un poeta comico:

Non è felice chi non pensa di esserlo.

Che importa qual è il tuo stato, se a te non sembra buono?

«Ma come?» ribatti «Se si definirà felice uno arricchitosi vergognosamente oppure un altro, padrone di molti schiavi, ma schiavo di più persone ancora, diventeranno felici per la loro frase?» Non importa quello che dicono, ma quel che sentono, e non quello che sentono un giorno solo, ma quello che sentono sempre. Non temere, poi, che un bene tanto grande tocchi ad un uomo indegno: solo il saggio sa godere delle cose che ha; gli sciocchi, invece, sono tormentati dal disgusto di se stessi. Stammi bene.

X. SENECA LUCILIO SUO SALUTEM

[1] Sic est, non muto sententiam: Fuge multitudinem, fuge paucitatem, fuge etiam unum; non habeo cum quo te velim communicatum. Et vide quod iudicium meum habeas: audeo credere te tibi. Crates ut aiunt, auditor huius ipsius Stilbonis cuium feci mentionem priori epistula, cum vidisset adolescentulum ambulans secreto, interrogavit quid faceret illic solus. Inquit «Loquor tecum». Cui Crates inquit «cave, rogo, et diligenter attende: loqueris cum homine malo».

[2] Solemus custodire timentem que lugentem, ne utatur male solitudine. Nemo est ex imprudentibus qui debeat relinqui sibi: tunc agitant mala consilia, tunc stuunt aut aliis aut ipsis pericula futura, tunc ordinant cupiditates

È così, non muto opinione: evita la folla, evita i pochi, evita anche il singolo; non conosco nessuno col quale ti vorrei in comunione d'animo. E nota quanta stima ho di te: oso affidarti a te stesso. Dicono che Cratete, discepolo proprio di quello Stilbone, del quale ho fatto menzione nella precedente lettera, vedendo un ragazzo che passeggiava in un luogo solitario, domandò cosa facesse lì da solo. Rispose: «parlo con me stesso». E Cratete replicò: «Mi raccomando, fai bene attenzione: stai parlando con un uomo cattivo».

Siamo soliti sorvegliare chi è in preda al dolore ed alla paura, affinché non faccia cattivo uso della solitudine. Nessuno che non sia saggio deve essere lasciato a se stesso: perché allora rimugina cattivi pensieri, prepara pericoli per

improbas; tunc animus expromit quicquid celabat aut metu aut pudore; tunc acuit audaciam, inritat libidinem, instigat iracundiam. Denique unum commodum quod solitudo habet, committere nihil ulli, non timere indicem, perit stulto: ipse se prodit. Itaque vide quid sperem de te, immo quid spondeam mihi (enim spes est nomen boni incerti): non invenio, cum quo malim te esse quam tecum.

[3] Repeto memoria quam magno animo proieceris quendam verba, plena quanti roboris: protinus gratulatus sum mihi et dixi «ista non venerunt a summis labris, hac voces habent fundamentum, iste homo non est uno e populo, spectat ad salutem».

[4] Sic loquere, sic vive, ne ulla res deprimat. Licet facias diis gratiam torum veterum votorum, suscipe alia de integro: roga bonam mentem, bonam valitudinem animi, deinde tunc corporis. Quidni facias tu saepe ista vota? Roga audacter deum: nihil es rogaturus illum de alieno.

[5] Sed ut mittam epistulam cum aliquo munuscolo more meo, est verum quod inveni apud Athenodorum «scito te esse solutum omnibus cupiditatibus tunc cum perveneris eo ut roges nihil deum nisi quod possis rogare palam». Nunc enim quantam est dementia hominum! Insusurrant diis vota turpissima; si quis admoverit aurem conticiscent, et narrant deo quod nolunt hominem scire. Ergo vide ne hoc possit praecipere salubriter: sic vive cum hominibus tamquam deus videat, sic loquere cum deo tamquam homines audiant. Vale.

se stesso o per altri, asseconda turpi passioni; allora l'animo manifesta tutto ciò che nascondeva per paura o per vergogna; aguzza la sua audacia, fomenta la libidine, stimola l'ira. Infine, l'unico vantaggio che dà la solitudine, cioè non confidare nulla ad alcuno, non temere i delatori, è per lo stolto già perduto: egli si tradisce da solo. Vedi, dunque, quali speranze io ripongo in te, anzi quali responsabilità io mi assumo (visto che speranza è il nome con cui indichiamo un bene incerto): non trovo nessuno con il quale preferirei che tu fossi in rapporti piuttosto che con te stesso.

Ricordo con quale magnanimità hai espresso alcune parole, così piene di forza: me ne sono subito rallegro con me stesso e dissi, «queste parole non nascono dalla sommità delle labbra, queste parole hanno radice profonda nel cuore; quest'uomo non è uno del volgo, mira alla salvezza dell'anima».

Parla così, vivi così, fa in modo che niente ti avvili. Dispensa pure gli dei dall'esaudire i tuoi vecchi voti, formulane altri nuovi: chiedi una mente integra, la salute dell'animo e, solo in seguito, quella del corpo. E perché non dovesti formulare spesso questi voti? Prega Dio audacemente: non gli chiederai nulla che appartenga ad altri.

Ma per mandarti questa lettera con qualche regaluccio, secondo il mio costume, è vero ciò che ho letto in Atenodoro: «sappi che sarai veramente libero da ogni passione, quando sarai giunto al punto da non domandare a Dio nulla che tu non possa chiedere apertamente». E invece quanto è grande la stupidità degli uomini! Bisbigliano agli Dei le preghiere più turpi; se qualcuno avvicina l'orecchio tacciono, e narrano a Dio ciò che non vogliono che gli uomini sappiano. Vedi dunque se questo precetto non possa essere utile: vivi con gli uomini come se Dio ti vedesse, parla con Dio come se gli uomini ti ascoltassero. Stammi Bene.

XI. SENECA LUCILIO SUO SALUTEM

[1] Locutus est mecum amicus tuus bonae indolis, in quo quantum esset animi, quantum ingenii, quantum iam etiam profectus, sermo primus ostendit. Dedit nobis gustum, ad quem respondebit; non enim ex praeparato locutus est,

Ho conversato con il tuo amico: è un ragazzo di buona indole e già le sue prime parole mi hanno mostrato la sua grandezza d'animo, la sua intelligenza e i progressi morali compiuti. Mi ha fornito un saggio del suo modo di giudicare le

sed subito deprehensus. Ubi se colligebat, verecundiam, bonum in adulescente signum, vix potuit excutere; adeo illi ex alto suffusus est rubor. Hic illum, quantum suspicor, etiam cum se confirmaverit et omnibus vitiis exuerit, sapientem quoque sequetur. Nulla enim sapientia naturalia corporis aut animi vitia ponuntur: quidquid infixum et ingenitum est lenitur arte, non vincitur.

[2] Quibusdam etiam constantissimis in conspectu populi sudor erumpit non aliter quam fatigatis et aestuantibus solet, quibusdam tremunt genua dicturis, quorundam dentes colliduntur, lingua titubat, labra concurrunt: haec nec disciplina nec usus umquam excutit, sed natura vim suam exercet et illo vitio sui etiam robustissimos admonet.

[3] Inter haec esse et ruborem scio, qui gravissimis quoque viris subitus affunditur. Magis quidem in iuvenibus apparet, quibus et plus caloris est et tenera frons; nihilominus et veteranos et senes tangit. Quidam numquam magis quam cum erubuerint timendi sunt, quasi omnem verecundiam effuderint.

[4] Sulla tunc erat violentissimus cum faciem eius sanguis invaserat. Nihil erat mollius ore Pompei; numquam non coram pluribus rubuit, utique in contionibus. Fabianum, cum in senatum testis esset inductus, erubuisse memini, et hic illum mire pudor decuit.

[5] Non accidit hoc ab infirmitate mentis sed a novitate rei, quae inexercitatos, etiam si non concutit, movet naturali in hoc facilitate corporis pronos; nam ut quidam boni sanguinis sunt, ita quidam incitati et mobilis et cito in os prodeuntis.

[6] Haec, ut dixi, nulla sapientia abigit: alioquin haberet rerum naturam sub imperio, si omnia eraderet vitia. Quaecumque attribuit condicio nascendi et corporis temperatura, cum multum se diuque animus composuerit, haerebunt; nihil

cose. Non era preparato a parlare: rifletteva su ciò che di volta in volta gli veniva chiesto a sorpresa; solo in parte riuscì a superare quella timidezza che è un buon segno in un giovane, al punto che arrossì dal profondo dell'anima. Questo rossore, immagino, lo seguirà sempre, anche quando, confermati i suoi sani principi e liberatosi di tutti i vizi, sarà ormai divenuto saggio. Neppure la saggezza può estirpare i difetti naturali del corpo o dello spirito: la scienza può attenuare le tendenze radicate e congenite, non vincerle completamente.

Anche certi uomini di carattere fermo sudano copiosamente alla vista della folla, come se fossero stanchi e accaldati; ad alcuni, quando devono parlare, tremano le ginocchia; ad altri battono i denti, la lingua incespica, le labbra si chiudono; né l'esercizio, né l'abitudine possono mai vincere questi difetti: la natura esercita in essi la sua forza e, valendosi delle loro debolezze, ricorda persino agli uomini più vigorosi la propria presenza.

Tra queste c'è pure il rossore, che sale improvvisamente anche sul volto degli uomini più autorevoli. Ma più spesso compare nei giovani, che sono più ardenti e hanno il viso più delicato; non risparmia, però, nemmeno gli uomini vissuti ed i vecchi. Certuni, poi, vanno temuti soprattutto quando arrossiscono, quasi che in tal modo avessero deposto ogni pudore.

Silla diventava violentissimo quando il sangue gli affluiva al viso. Niente era più dolce del volto di Pompeo; non c'era volta che non arrossisse davanti alla folla, soprattutto nei discorsi e nelle assemblee. Ricordo che Fabiano, quando fu chiamato in Senato come testimone, arrossì e quel pudore gli si confaceva meravigliosamente.

Questo non accade per debolezza d'animo, ma per la singolarità di una situazione che, se anche non sgomenta chi non è abituato, provoca in lui emozione, se è incline per natura a questa disposizione ad arrossire; infatti, mentre alcuni hanno il sangue calmo, altri lo hanno irruente, eccitabile e che affluisce rapidamente al volto.

Come ho già detto, nemmeno la saggezza può eliminare questi difetti: del resto, se potesse estirparli tutti, avrebbe il dominio della natura. Tutte le caratteristiche legate alla natura o alla costituzione fisica, persisteranno in noi, anche

horum vetari potest, non magis quam accersi.

[7] Artifices scaenici, qui imitantur affectus, qui metum et trepidationem exprimunt, qui tristitiam repraesentant, hoc indicio imitantur verecundiam. Deiciunt enim vultum, verba summittunt, figunt in terram oculos et deprimunt: ruborem sibi exprimere non possunt; nec prohibetur hic nec adducitur. Nihil adversus haec sapientia promittit, nihil proficit: sui iuris sunt, iniussa veniunt, iniussa discedunt.

[8] Iam clausulam epistula poscit. Accipe, et quidem utilem ac salutarem, quam te affigere animo volo: 'aliquis vir bonus nobis diligendus est ac semper ante oculos habendus, ut sic tamquam illo spectante vivamus et omnia tamquam illo vidente faciamus'.

[9] Hoc, mi Lucili, Epicurus praecepit; custodem nobis et paedagogum dedit, nec immerito: magna pars peccatorum tollitur, si peccaturis testis assistit. Aliquem habeat animus quem vereatur, cuius auctoritate etiam secretum suum sanctius faciat. O felicem illum qui non praesens tantum sed etiam cogitatus emendat! O felicem qui sic aliquem vereri potest ut ad memoriam quoque eius se componat atque ordinet! Qui sic aliquem vereri potest cito erit verendus.

[10] Elige itaque Catonem; si hic tibi videtur nimis rigidus, elige remissioris animi virum Laelium. Elige eum cuius tibi placuit et vita et oratio et ipse animum ante se ferens vultus; illum tibi semper ostende vel custodem vel exemplum. Opus est, inquam, aliquo ad quem mores nostri se ipsi exigant: nisi ad regulam prava non corriges. Vale.

quando l'anima si sarà impegnata a lungo e con tenacia nella propria educazione: non possiamo sradicarle, così come non possiamo procurarcele.

Gli attori che rappresentano i sentimenti, che esprimono la paura e la trepidazione, che riproducono la tristezza, riescono a rendere anche la timidezza con questi segni: chinano il volto, parlano con voce sommessa, abbassano gli occhi e li tengono fissi a terra. Non possono, però, far affiorare il rossore: è una reazione che non si può né impedire, né provocare. In questo caso neppure la saggezza può promettere rimedi o giovare in alcun modo: sono fenomeni incontrollabili, vanno e vengono senza essere chiamati.

Ma è tempo ormai di concludere la lettera. Eccoti una massima, certamente utile e salutare, che voglio tu ti imprima bene nell'animo: «Dobbiamo rivolgere la nostra stima ad un uomo virtuoso ed averlo sempre davanti agli occhi per vivere come se lui ci guardasse, e per agire sempre come se ci vedesse.»

Questo, Lucilio mio, è un insegnamento di Epicuro; egli ci ha dato, e non a torto, un custode ed un maestro: eviteremo molti errori, se sarà presente un testimone quando stiamo per commetterli. È bene che l'anima abbia qualcuno di cui provare timore, una persona che con la sua autorevolezza possa rendere più puro anche ogni nostro più segreto sentimento. Beato chi con la sua presenza fisica, o anche solo spirituale, ci aiuta a emendarci! Beato chi rispetta un uomo al punto di correggersi e di migliorarsi anche solo pensando a lui! Chi sa rispettare tanto una persona, sarà presto anch'egli oggetto di rispetto.

Scegli, dunque, un Catone; e se questi ti sembrerà troppo intransigente, scegli un Lelio, più mite di carattere. Scegli un uomo di cui approvi l'esistenza, le parole e il volto stesso, che è specchio dell'anima. Tienilo sempre davanti agli occhi come guida e come esempio. È necessario, ti dico, regolare su qualcuno la nostra condotta: i difetti non si possono correggere senza una norma di riferimento. Stammi bene.

XII. SENECA LUCILIO SUO SALUTEM

[1] Quocumque me verti, argumenta senectutis meae video. Veneram in suburbanum meum et querebar de impensis aedificii dilabentis. Ait vilicus mihi non esse neglegentiae suae vitium, omnia se facere, sed villam veterem esse. Haec villa inter manus meas crevit: quid mihi futurum est, si tam putria sunt aetatis meae saxa?

[2] Iratus illi proximam occasionem stomachandi arripio. 'Apparet' inquam 'has platanos neglegi: nullas habent frondes. Quam nodosi sunt et retorridi rami, quam tristes et squalidi trunci! Hoc non accideret si quis has circumfoderet, si irrigaret.' Iurat per genium meum se omnia facere, in nulla re cessare curam suam, sed illas vetulas esse. Quod intra nos sit, ego illas posueram, ego illarum primum videram folium.

[3] Conversus ad ianuam 'quis est iste?' inquam 'iste decrepitis et merito ad ostium admotus? foras enim spectat. Unde istunc nactus es? quid te delectavit: alienum mortuum tollere?' At ille 'non cognoscis me?' inquit: 'ego sum Felicio, cui solebas sigillaria afferre; ego sum Philositi vilici filius, deliciolum tuum'. 'Perfecte' inquam 'iste delirat: pupulus, etiam delictum meum factus est? Prorsus potest fieri: dentes illi cum maxime cadunt.'

[4] Debeo hoc suburbano meo, quod mihi senectus mea quocumque adverteram apparuit. Complectamur illam et amemus; plena <est> voluptatis, si illa scias uti. Gratissima sunt poma cum fugiunt; pueritiae maximus in exitu decor est; deditos vino potio extrema delectat, illa quae mergit, quae ebrietati summam manum imponit.

[5] Quod in se iucundissimum omnis voluptas habet in finem sui differt. Iucundissima est aetas devexa iam, non tamen praeceps, et illam quoque in extrema tegula stantem iudico habere suas voluptates; aut hoc ipsum succedit in locum voluptatum, nullis egere. Quam dulce est cupiditates fatigasse ac reliquisse!

Dovunque mi volti, vedo i segni della mia vecchiaia. Ero andato nella mia villa di campagna e mi lamentavo delle spese necessarie per quella casa che va in rovina. Il fattore mi risponde che non è colpa della sua negligenza: lui fa tutto il possibile, ma l'edificio è vecchio. Questa villa è cresciuta tra le mie mani: che avverrà di me, se i muri che hanno la mia stessa età sono in un tale disfacimento?

Adirato con lui, colgo al volo il primo pretesto per sfogare il mio malumore: «È evidente», dico, «che questi platani sono trascurati: non hanno fronde; i rami sono secchi e nodosi, i tronchi brutti e squallidi. Questo non succederebbe se qualcuno zappasse la terra intorno, se li innaffiasse». Egli giura sul mio genio tutelare che lui fa tutto il necessario, che la sua cura non viene meno in nulla, ma che quelli sono alberi ormai vecchiotti. Rimanga fra noi: io li avevo piantati, io ne avevo visto le prime foglie.

Mi giro verso la porta. «Chi è costui?» dico, «questo vecchio decrepito che giustamente è stato messo accanto alla porta e guarda verso l'esterno? Dove l'hai trovato? Perché mai hai portato qui la salma di uno sconosciuto?» Ma quello dice: «Non mi riconosci? Sono Felicione, cui regalavi sempre le statuette di argilla; sono figlio del fattore Filosito, il tuo prediletto.» «Costui delira», mi dico, «ora il bambolino è divenuto anche il mio prediletto? Certo, può essere: proprio adesso gli cadono i denti».

Devo una cosa alla mia villa di campagna: ovunque posassi lo sguardo, mi è apparsa evidente la mia vecchiaia. Abbracciamola ed amiamola: può procurare grandi piaceri, se sappiamo farne buon uso. I frutti sono i più che mai graditi, quando cominciano a mancare; la grazia della fanciullezza è massima quando si sta per uscirne; chi è dedito al vino gusta soprattutto l'ultimo bicchiere, quello che stordisce, che dà all'ebbrezza il tocco finale.

Ogni piacere riserva per la fine il meglio di sé. È dolcissima l'età che ormai declina, ma non precipita ancora, e anche quella che, per così dire, è aggrappata ai bordi del tetto ha, secondo me, i suoi piaceri; oppure, al posto dei piaceri subentra il non sentirne più il bisogno. Come è dolce aver logorato ed abbandonato le

[6] ‘Molestum est’ inquis ‘mortem ante oculos habere.’ Primum ista tam seni ante oculos debet esse quam iuveni - non enim citamur ex censu -; deinde nemo tam sene est ut improbe unum diem speret. Unus autem dies gradus vitae est. Tota aetas partibus constat et orbis habet circumductos maiores minoribus: est aliquis qui omnis complectatur et cingat - hic pertinet a natali ad diem extremum -; est alter qui annos adulescentiae excludit; est qui totam pueritiam ambitu suo adstringit; est deinde per se annus in se omnia continens tempora, quorum multiplicatione vita componitur; mensis artiore praecingitur circulo; angustissimum habet dies gyrum, sed et hic ab initio ad exitum venit, ab ortu ad occasum.

[7] Ideo Heraclitus, cui cognomen fecit orationis obscuritas, ‘unus’ inquit ‘dies par omni est’. Hoc alius aliter excepit. Dixit enim *** parem esse horis, nec mentitur; nam si dies est tempus viginti et quattuor horarum, necesse est omnes inter se dies pares esse, quia nox habet quod dies perdidit. Alius ait parem esse unum diem omnibus similitudine; nihil enim habet longissimi temporis spatium quod non et in uno die invenias, lucem et noctem, et in alternas mundi vices plura facit ista, non <alia>: *** alias contractior, alias productior.

[8] Itaque sic ordinandus est dies omnis tamquam cogat agmen et consummet atque expleat vitam. Pacuvius, qui Syriam usu suam fecit, cum vino et illis funebribus epulis sibi parentaverat, sic in cubiculum ferebatur a cena ut inter plausus exoletorum hoc ad symphoniam caneretur: βεβίωται βεβίωται [bebiōtai bebiōtai].

[9] Nullo non se die extulit. Hoc quod ille ex mala conscientia faciebat nos ex bona faciamus, et in somnum ituri laeti hilaresque dicamus, vixi et quem dederat cursum fortuna peregi. Crastinum si adiecerit deus, laeti recipiamus. Ille beatissimus est et securus sui possessor qui

passioni!

«È penoso, però, avere la morte davanti agli occhi», ribatti. Prima di tutto deve averla davanti agli occhi sia il vecchio che il giovane (infatti, non siamo chiamati in base all’età); inoltre, nessuno è tanto vecchio da non poter sperare in un altro giorno di vita. E un solo giorno è un gradino della vita. L’intera esistenza è composta di tante parti e ha cerchi più grandi che ne comprendono altri più piccoli: ce n’è uno che li abbraccia e li racchiude tutti (quello che va dal giorno della nascita a al giorno della morte); ce n’è un secondo che delimita gli anni dell’adolescenza; c’è quello che comprende nella sua orbita tutta la fanciullezza; c’è poi l’anno che contiene in sé tutte le stagioni, il cui susseguirsi forma la vita; il mese è racchiuso in un cerchio più stretto; il giorno ha un giro strettissimo, ma anch’esso va da un inizio a una fine, dall’alba al tramonto.

Perciò Eraclito, che al suo linguaggio deve il soprannome di “oscuro” dice: «un giorno è uguale ad ogni altro». Questa frase è stata interpretata in modi diversi. Secondo alcuni è uguale per numero di ore, e non sbagliano; infatti, se il giorno è l’arco di ventiquattro ore, tutti i giorni devono essere uguali tra loro, perché le ore perse dal giorno le acquista la notte. Secondo altri, un giorno è uguale a tutti perché si somigliano: infatti, tutto quanto c’è in uno spazio di tempo lunghissimo si può trovare anche in un giorno solo, luce e notte, e, nelle alterne vicende dell’universo, la notte, ora più breve ora più lunga, mantiene uguale la durata del giorno.

Perciò ogni giorno deve essere organizzato come se fosse l’ultimo, quello che consuma e porta a compimento la nostra vita. Pacuvio, che fu governatore della Siria per un lungo periodo e quasi la fece sua, celebrava le proprie esequie con vino e banchetti funebri, così dalla sala da pranzo veniva portato in camera da letto, mentre i suoi amasi lo applaudivano e cantavano accompagnati dalla musica: «È vissuto, è vissuto».

E non c’era giorno in cui non celebrasse il suo funerale. Ciò che egli faceva per cattiva coscienza, noi facciamolo per un buon principio, e, andando a dormire lieti e sereni, diciamo:

«Ho vissuto e ho percorso il cammino che il

crastinum sine sollicitudine exspectat; quisquis dixit 'vixi' cotidie ad lucrum surgit.

[10] Sed iam debeo epistulam includere. 'Sic' inquis 'sine ullo ad me peculio veniet?' Noli timere: aliquid secum fert. Quare aliquid dixi? multum. Quid enim hac voce praeclarius quam illi trado ad te perferendam? 'Malum est in necessitate vivere, sed in necessitate vivere necessitas nulla est.' Quidni nulla sit? patent undique ad libertatem viae multae, breves faciles. Agamus deo gratias quod nemo in vita teneri potest: calcare ipsas necessitates licet.

[11] 'Epicurus' inquis 'dixit: quid tibi cum alieno?' Quod verum est meum est; perseverabo Epicurum tibi ingerere, ut isti qui in verba iurant nec quid dicatur aestimant, sed a quo, sciant quae optima sunt esse communia. Vale.

destino mi ha assegnato».

Se dio vorrà concederci un altro giorno, accettiamolo con gioia. È veramente felice e padrone di se stesso colui che aspetta il domani senza preoccupazione; se uno dice: «Ho vissuto», alzarsi al mattino ogni giorno gli appare come un guadagno.

Ma ormai devo concludere la lettera. «Così», dici, «mi arriverà senza alcun regalo». Non temere: porta con sé qualcosa. Ma perché ho detto «qualcosa»? Dovevo dire «molto». Che cosa c'è, infatti, di più bello della massima che le affido perché te la riferisca? «Vivere nel bisogno è un male, ma non c'è alcuna necessità di vivere nel bisogno». E come può non esservi? Molte strade, brevi e facili, si aprono da ogni parte verso la libertà. Ringraziamo dio perché nessuno può essere costretto a rimanere in vita: è lecito calpestare anche le necessità.

«Questo lo ha detto Epicuro», ribatti, «che hai a che fare con un estraneo?» Tutto ciò che è vero è anche mio. Continuerò a citarti Epicuro, affinché coloro che giurano sulle parole e non tengono conto del loro significato, ma di chi le pronuncia, sappiano che le cose migliori sono patrimonio di tutti. Stammi bene.